

Quarta etas mundi

Salomon ascendit in Habaon ut immolaret in excelso ubi erat tabernaculum et altare eneū Moysit obtulit mille hostias in holocaustum. Et apparuit ei dominus in nocte per somnium dicens ut pateret quod vellet ab eo. Is postulauit sapientiam ad regendum populum suum. Placuit sermo coram domino et ait. Euz non petieras diuinitas gloriam et mortem inimicorum seu longam vitam exauditus es. Dedi tibi cor sapiēs q̄ nullus ante similis tui fuerit. Primum iudicium in quo ostensa est sapientia ei⁹ fuit de duabus meretricibus habentibus filios. Quorum uno a matre nocte oppresso contendebat de sup̄stite cuius esset. Et data sententia per Salomonem q̄ diuideretur in duas partes: rogauit mater vera q̄ totus viuus daretur potius alteri mulieri. Et ex hoc iudicauit Salomō esse illā verā matrē sibi q̄ dari iussit.

Judicium Salomonis



Emplum domini toto orbe celeberrimum Salomon rex anno quarto regni sui edificare cepit. q̄ fuit. cccc lxxx. egressionis israel de egipto. A nativitate abrahe nongentesimus octuagesimus quartus. Et in octavo anno compleuit. Fuit autem edificatum in hierusalem in monte moria ubi abrahaz voluit filium immolare. et Jacob vidit in somnis scalam de celo ad terram. Id autem templum ex lapide albo totum constructum fuit. Eius fabrica multa arte confecta est videlicet de lapidibus politis mira arte compositis. Eius longitudine cubitorum sexaginta fuit. Latitudo viginti. Et altitudo centum viginti. Et cuz hac dispositione q̄ a pavimento iuxta terram usq; ad primum tabulatum erat altitudo. xxx. cubitorum. Et a primo tabulato seu solario usq; ad secundum erat altitudo. xxx. cubitorum. Et ab isto secundo solario usq; ad tertium quod erat tectum templi erat altitudo sexaginta cubitorum. Habebat ergo duo solaria inter pavimentum et tectum. Et in quolibet solario et in tecto erat ab extra in circuitu deambulatorum. Istud dicitur in euangelio pinaculum; super quod xp̄s a dyabolo tentatus fuit. Et erat ibi cancelli ante ne inde caderent ambulantes. Et videbatur in duas partes sc̄z in sancta ad quē locum primo erat ingressus in templum ex parte orientis. xl. cubitorum. Et sanctas sanctorum. xx. Eratq; in medio inter sancta et sanctas sanctorū paries factus tabulis cedarinis. Et postea lamis aureis cooptus altus. xx. cubitis. Ante quem velum appensum tenue pulcherrime intextum. quod scissum est a summo usq; deorsum tempore passionis. Intra sancta sanctorum erat archa domini facta a moysē. In archa erant tabule decalogi. Solum semel intrabat summus sacerdos in anno in sanctas sanctorum infesto propitiacionis cum magna solennitate. In sancta autem circa velum intrabant sepe soli sacerdotes in certis sacrificiis ad accendendas lucernas. Et ibi ex pte meridionali erat candelabrum aureum qđ fecerat Moyses cum septem lucernis. Et ex pte Aquilonari mēsa ppositionis. In medio autem erat altare aureum factū a Moysē. sed addidit Salomō. x. alia candelabra eiusdem scematis sed maioris quantitatis. quicq; ad dextrā. et quicq; ad sinistrā. Et similiter. x. mēsas aureas maiores. Et in medio altare thymiāmitis.

